


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Fratris Thome Ochsenbrūner Basilieñ ordinis fratrum predicatoꝝ In priscorū heroū Stēmata amplissimo patri Paulo de campo Fregoso tituli sancti Sixti presbytero Cardinali Genuensi dicata.

Prohemiū.



Risci Romani quos ut numina suspexit antiquitas Pater amplissime : qui & uiue uirtutis imagines & habebant & erant: claroꝝ uirorū simulacra In atriis & conspicuis urbis locis disponebāt. Quo iuuenes ad imitationē accenderēt. Quoꝝ uestigiis nōnulli insistētes Stēma ueterū quiritū quod uulgo Capitoli[illegible] quercus appellat̄ Romanis edibus pictura expresserunt : nullis tñ conditoris urbis eiusq; diuine sobolis titulis insignitum. At ut ego quoq; de ingenio bene mereri possim gloriā celeberrime claritatis eorūdem decorare memoriamq; prorogare: pro uirili quadā stimulatione incitor. Iccirco ut clarissimū illud stemma ueluti sepimēto conclusum litteraꝝ lumine accenderet̄ : ac ut in exteras quoq; nationes disseminaret̄ : hoc libello includere existimaui. Singulis uero imaginibus suos titulos ex clarissimorū scriptoꝝ lectione strictim adiiciendos esse duxi. Nōnullos insup ueluti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

cẽsoria nota dignos:ab ipso ĩmortaliũ uirorꝝ choro ãmoui:quod nomẽ suũ nullis rebus gestis illustratum eodẽ quo corpus tumulo obruerunt. Qui uero magnorꝝ facinorũ monumẽta reliquerũt: iure optimo hos claros in re publica uiros amplissimis nobis laudibus cõmendauit antiquitas. Sole q̄ppe uirtutes faciũt beatum & ipsis ad astra cuiq; patet ascensus. Hũc aũt cõmunẽ laborẽ meũ & industriã oĩbus ꝓbatũ iri spero: quandoq̄dẽ eos q̄ res publicas capessunt: qui quoquo modo eterna moliunť: in illustriũ uirorꝝ q̄ in republica cũ dignitate uixerunt: ueluti in quorũdam ĩmortaliũ beatorũ exemplar uocemus. Ita enĩ fiet ut animis cuiusq; hęc clarissima uirtutis lumina intuentibus infundať iusticie: pietatis: religionisq; amor. fientq; alacriores ad bene beateq; uiuendũ sicq; optimorꝝ uirorũ ꝓuentus erit uberior. Presens uero opusculũ quicq̄d id est: uti laboris & affectus primitias manibus ꝓpriis sculptũ stẽma: mente deditissima tuę amplitudini dedicaui non ut illius integerrimos mores reformare uelim Quippe id nil aliud esset q̄ solem faculis illuminare. Sed ut ipsa Reuerẽdissima tua dominatio cui magna beneficia debeo re ipsa atq; animo me sciat esse gratissimum: ꝗ cum leue sit munusculum Vehementer oro ut boni cõsulas. Nõ enĩ semp Ioui maximo auratis cornibus taurus hostia cadit: Sed modico etiã farre litať.

¶ Memorabilia gesta uirorū illustriū arboris Capitoline cum quibusdam incidentiis eiusdem temporis.

¶ De Genealogia fundatorum urbis Rome.

PRimus in Italia regnauit Ianus a quo Ianiculū: deinde Saturnus Iouem filium e grecia fugiens: q rudes adhuc populos domos edificare: terras incolere: plantare uineas docuit: atq; humanis moribus uiuere: cum antea semiferi glandiū tantūmodo alimentis uitam sustentarēt. Et aut in speluncis: aut frondibus uirgultisq; cōtextis casulis habitarēt. Pro quibus meritis ab indocili & rustica multitudīe deus est appellatus Et qa in Italia latuit: ab eius latebra Latiū appellata est. Post eū Picus fili9 eius quem Faunus secutus est: cui Latinus successit: qui latinas litteras a Carmēte Nicostrata repertas correxit: & lati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

nos de suo noīe appellauit. Quibus regnantibus: centū quinquaginta anni referunt̄ euoluti. ¶ His tpibus Herculē (gereone interempto) boues mira specie abegisse memorant: ac ꝓpe albulā (qua pre se armentum agens nando traiecerat) procubuisse ibi cū eum sopor oppressisset. accola huius loci nomine Cachus. ferox uiribus captus pulchritudine boum. eximiū queq̄ cauda in speluncā traxit Hercules somno excitus cum partē abesse sensisset pergens ad proximā speluncā: ubi fores uestigia uersa uidit. cōfusus abiit Inde mugitu inclusaꝝ cōuersus. Quē cū uadentē ad speluncā Cachus (q eam sua arte fumo & flāma estuare fecerat) ui ꝓhibere conatus esset: ictu claua morte occubuit. Qd̄ ob meritū Euander Herculi Iouis nato aram eo loco dicauit. ¶ Regnante aūt Latino: troya a grecis capta est. Qua pulsus Eneas anchise filius ad Italiā uenit. & Lauiniā Latini regis filiā in cōiugiū accepit. Regnauitq; Latinus annis tribus. Post quem regnū accepit Ascanius eius ex Creusa filia Priami filius: qui relicto nouerce sue Lauinie regno. in albam longā quā cōdiderat regnū transtulit: & Siluiū Posthumiū fratrē suū Enee ex Lauinia filium regni reliquit heredē. Qui Posthumius appellatus: ꝗ post mortē patris. Siluius ꝗ in silua casu sit natus: a quo oēs albanoꝝ reges Siluii uocati. Post eū regnauerūt Eneas Siluius. Latinus Sil. Alba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Athis· Capis qui Capuā campanie capus cōdidit·
Capetus Tyberinus: ex cuiꝰ noīe Albula fluuiꝰ qđ
in eo decidēs extinctus sit· Tyberis nomē accepit·
Agrippa Aremulus Auentinꝰ: q in eo mōte q nūc
pars est urbis mortuꝰ ac sepultus: eternū loco uoca
bulū dedit· Huic successit Procas cuius maior filiꝰ
Numitor a fratre iuniore Amulio regno pulsus: in
agro suo uixit· & ut eū sobole priuaret· amulius fi-
liā illiꝰ Rheā siluiā ueste sacerdotē prefecit: ut uir
ginitate ppetua teneret· Que a marte ut credit̄ cō
pressa Romulū & Rhemū gemios edidit· Amuliꝰ
ipsam ī uincula cōiecit: puulos in tyberim abiecit:
quos aqua ī sicco reliquit: & picus auis primū tan
tisper aluit· Ad quoꝝ uagitū lupa accurrit· Eosq̃
uberibꝰ suis nutriuit· Mox faustulꝰ regii pastor ar
menti reptos Acce laurētiæ cōiugi educādos dedit
Qui postea Amulio interfecto· Numitori auo re-
gnū restituere· Ipsi pastoribꝰ adunatis ciuitatem
(summi pastoris ouiū iesu xp̄i futurā) cōdiderūt·
Quā Romulꝰ augurio uictor· ipse duodecī· Rhe-
mus sex uultures uiderat Romā uocauit· Et ut eā
prius legibus muniret q̄ menibus: edixit· ne quis
uallum transiliret· Quod Rhemus irridēs transili
uit: & a Fabio Celere Centurione rastro pastorali
fertur occisus· Anno igit̄ post excidiū Troye· cccc·
xxxiii· tempore Achaz regis iuda· Ante natiuita-
tem christi· dcclii· urbs Roma condita est·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

❡DE PRIMA ETATE POPVLI ROMANI SVB SEPTEM REGIBVS ACTA.





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16



Omulus Romanoꝝ primus rex: pala
tinũ primum montem: quo ipse educa
tus fuerat primum muniuit. Condito
templo quod Asilũ appellauit. pollici
tus est cũctis ad eum fugientibus impunitatẽ. Ma
gno igit̃ exercitu facto: cũ uideret coniugia sibi &
populo deesse. ꝑ legatos a finitimis ciuitatibus pe
tiit: quibus negatis ludos equestres simulauit. Ad
quos cum utriusq; sexus multitudo uenisset. uirgi
nes rapte sunt. ob hoc Ceuinenses Autẽnates & Cri
stũnii contra Romanos bella sumpserunt: quibus
deuictis: & raptarũ propinquis in urbem receptis
Sabini Romanis bellũ mouerũt (ubi Tarpeia uir
go Sabinorũ clypeis in monte obruta: qui ab eius
noĩe Tarpeius est appellatus) Romulus Ioui edẽ
uouit. exercitui restitit. Tum rapte in mediũ pro-
cesserunt: & hinc patres: inde coniuges deprecate:
pacem cõciliarunt. Romulus fœdus ꝑcussit & Sa-
binos in urbem recepit. Propter hanc societatẽ Ro
mani noĩa illoꝝ suis preponebãt noĩbus: & inuicẽ
Sabini Romanoꝝ uocabant̃. Inde consuetudo te-
nuit ut nemo Romanus absq; prenoĩe fuerit. Cũq;
Sabinorũ more Romulus hastam ferret: quę eorũ
lingua quiris appellabat̃. ipse quirinus dictus est
& Romani quirites. Hic ad cenã uocatus nõ mul-
tum bibit: qa post tridie haberet negociũ: dictũq;
est ei Romule si omnes istud facerẽt. Vinũ uilius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

esset· Immo inquit carũ: si quantũ uolet quisq; bi-
bat· Centũ ex plebe delegit: quorꝝ consilio oĩa age
rent· quos Senatores ꝓpter senectutem: patres ob
similitudinẽ curę nominauit· Inde Patritii dicti·
Mille pugnatores quos a numero milites appella
uit· Tres etiã equitũ centurias instituit· Tandem
apud paludẽ Capree cũ exercitum lustraret nusq̃
cõparuit· Regnauit aũt annis· xxxvii·

¶ NVMA POMPILIVS·



¶ Numa Põ-
pilius rex ro
manorꝝ secũ-
dus: ferocem
populũ miti
gandum dis-
suetudine ar
morum ac re
ligiõe ratus·
sacra plura i
stituit· Flaminẽ Ioui assiduũ sacerdotem creauit·
huic duos flamines adiecit· Marti unũ· alterũ qui
rino· Salios item sacerdotes duodecim (quorꝝ pri-
mus presul uocabat᷑) marti gradiuo fecit tuniceq;
picte insigne & celestia arma quę ancilia appellã
tur eis ferre dedit· Pontificem deinde maximũ ex
patribus cõstituit· uirginesq; uestales legit· his ut
assidue templis essent antistites· stipendiũ de pu-
blico statuit· Leges quoq; plures tulit & utiles (fu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

turum ut potiore ritu Romę hec oīa fierent) & ob hanc tantā iusticiā bellū ei nemo intulit.

ℂTVLLVS HOSTILIVS.



ℂTullus hostilius militarem disciplinā artēq; belladi tradidit. bellū Albinis īdixit. qđ trigeminorꝝ bella finiuit. albo ut psidiam ducis metri funditus diruit. Templis tamē deorꝝ iussu regis est parsum. albanos romā transire iussit. Numerus ciuiū interim crescit. Montecelio urbem ampliauit.

ℂANCVS MARCVS.



ℂAnc⁹ Marcus: Latinos bello domuit Auētinū mōtem urbi addidit. Ianiculū quoq; adiecit nō inopia loci sed neqñ ea arua hostium essent. Id nō muro solum: sed etiā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

ob cōmoditatē itineris ponte sublitio tum primū in tyberi facto urbi iunxit. Carcerē primus ad terrorē crescentis audatie edificauit. Siluas ad usum nauium publicauit. usq; ad mare imperiū prolatū in ora tyberis Hostiam urbem condidit.

¶ TARQVINVS PRISCVS.



¶ Tarquinus Priscus Numerū senatorum duplicauit & centuriis tribus auxit Tuscie populos frequētibus armis subegit. Primusq; triūphās Romā intrauit & inde fastes trabee anuli pretexta ceteraq; quibus īperii dignitas eminet urbē muro cīxit. circū maximū edificauit.

¶ SERVIVS TVLLIVS.

¶ Seruius tullius Hetruscos sepe domuit. Mōtes quirinalē & exquiliarum urbi adiunxit. Aggerē fossasq; circa



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

muros duxit· Primus omnium censum ordinauit: rem saluberrimam imperio exquo belli pacisq; munia: nō uiritim ut ante· Sed pro habitu pecuniarū fierent· Tum classes & centurias & hunc ordinem ex censu constituit·

¶ TARQVINVS SVPERBVS·



¶ Tarquin9 superbus cognomen moribus datum latinos Sabinosq; domuit Suessam: Ponetiam Hetruscis eripuit & Gabios p Sextū filium simulato transfugio in potestatē redegit· Cum Capitoliū inciperet caput hoīs inuenit· unde eā urbē caput gentiū futurā cecinere uates· Et cū in obsidiōe Ardee fili9eius Tarquinus sextus Lucretie stuprū intulisset cū eo in exilium actus· ad Porsenā Hetrurie regē cōfugit·

¶ Regnatū est ab urbe cōdita sub regib9 annis· cc· xliiii· Hinc cōsules annui duo creati: ut si un9 malus esse uoluisset: alter eū coarceret· & si uiles semp essent· q se post ānū scirēt esse priuatos· Post dictator: cui9 dicto parendū erat supiori ptāte ī sex menses duratura creat᷑: Cui magister eqtū obsequeret᷑·

❡DE SECVNDA ETATE POPVLI ROMANI SVB CONSVLIBVS.

IVNIVS BRVTVS PRIMVS CONSVL.



❡Iunius Brutus propter lucretie stuprum cũ Tricipitino patre & Collatino uiro ĩ exitium regũ cõiurauit. Quibus ĩ exiliũ actis primus consul creatus filios suos ꝙ cũ aquiliis & Vitelliis ad recipiendũ in urbem tarquinos cõiurauerant. uirgis cesos securi percussit. patrem exuit ut consulem ageret. deinde in prelio qđ aduersus eos gerebat singulari certamine cũ Aronte filio Tarquinii cõgressus se ambo mutuis uulneribus occiderũt.

❡HORATIVS COCLES.




❡Horati⁹ cocles (illo cognomine ꝙ in alio prelio oculum amiserat) cum Porsena rex Hetruscorũ Tarquinos ĩ urbem Ro.


BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

restituere temtaret: & primo impetu (transtiberi-
nam regionẽ nunc appellatã) tunc Ianiculum ce-
pisset. pro ponte sublitius stetit: & aciem hostium
sustinuit donec pons a tergo interrumperet. Tum
in tyberim se proiecit & armatus ad suos tranauit

¶ MVTIVS SCEVOLE. ¶ Mutius Sceuo-



le a clade dextre ma-
nus cognomen inditũ
cum porsena urbẽ ob
sideret in eius castra
uenit: ibiq; purpura-
tum ꝓ rege deceptus
occidit. deprehẽsus &
ad regem ptractus. dexterã aris imposuit ardenti
bus focis iniecit. hoc supplicii area exigens ꝙ in ce
de peccasset. terrorem geminat dolo: ut scias ĩquit
quem uirum effugeris. idem trecenti iurauimus.
Q uare ille territus bellũ acceptis obsidibus depo
suit. ¶ PVBLICOLA.



¶ Publicola de ueien
tibus & Sabinis triũ-
phauit. Sed quia ĩ lo-
cum Tricipitini colle
ge defuncti consulem
subrogauerat: & do-
mum in Velia tutissi-
mo loco habebat ĩ suspitionẽ regni affectati uenit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.16

Quo cognito apud populũ questus ē ꝙ de se aliquid tale timuissent: & īmisit qui domũ suã diruerent. legem de prouocatione aduersum magistratus ad populũ tulit. Hinc Lutius Valerius Publicola dictus. hic quater consul: mortuus adeo pauꝑ ut collatis a populo nummis sumptũ habuerit.

¶ AVLVS POSTHVMIVS.



¶ Aulus Posthumius dictator cũ latinis in ultionē regis Tarquini dimicantibus conflixit. Cumq; uictoria nutaret: magistro equitũ equis frenos detrahi iussit. & hoc nouũ cõmentum: quo acrius incurrerent: unde & aciem latinorum fregerũt & castra ceperũt.

¶ MENENNIVS AGRIPPA.



¶ Menēnius agrippa de Sabinis triũphauit & cũ populus a patribus secessisset: ꝙ tributum & militiam tolerare nec reuocari posset. olim inquit humani artus cum uentrem ociosum cernerent ab eo discordarunt: & suũ illi ministeriũ negauerũt: cũ eo pacto & ipsi deficerēt. intellexerũt uentrē acceptos cibos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

per omnia mēbra disserere: & cum eo in gratiā redierunt. Sic senatus & populus quasi unū corpus discordia pereunt. cōcordia ualent. Hac fabula populus regressus est. creauit tamen tribunos plebis qui libertatē suā aduersus supbiam nobilitatis defenderet. Hic ꝓpter paupertatē publico impēdio populi Romani sepelitur.

CORIOLANVS.



Corialanus cognomen a captis Coriolis urbe Volscorū Cneus Marcꝰ habuit. ob egregia militie facinora a Posthumio optionem munerꝫ accipiēs. equū tantū & hospitē sūpsit. uirtutis & pietatis exēplū Hic cōsul iniuria pulsus ad Volscos concessit & cū eis ad quartū ab urbe lapidē castra posuit. Cumqꝫ in illis ciuiū legatiōibꝰ flecteret͛: a Veturia matre & Volumnia uxore matronarꝫ numero comitatis motus bellum obmisit.

QVINTIVS CINCINNATVS.



Quintius Cincinnatus (cū Volsci & Sabini bellum aduersus romanos gererent: & Mumitiū cōsulē in algido mōte obsiderēt) dicta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

tor dictus: missi legati nudũ eum arantẽ transtiberim inuenerũt: qui insigniis sũptis cõsulem obsidione liberauit · hostes uicit · iugũ boum equis imposuit ducem principesq; subiugatos triũphi die pre se primus egit · Sextodecimo die dictatura se abdicauit ad agri cultũ reuersus · ipse iterũ post · xx · annos dictator dictus spurium Melium regnũ affectantem occidi iussit domũ eius solo equauit ·

¶VIRGINIVS CENTVRIO ·



¶Virginii Centurionis in algido militãtis filiam uirginiã Apius Claudi⁹ decẽuir adamauit: quã cum corrũpere nõ posset: clientẽ subordinauit qui eam coram in seruitiũ deposceret · Pater re cognita cum oppressam iudicio filiam trahi in seruitutẽ uideret: nihil cunctatus: in medio foro manu sua interfecit · corpus eius humero gerens ad exercitum profugit admotisq; signis cõmilitonum · totam eã dominationem obsessam armis milites ad uindicandum facinus accendit · ac in carcerẽ & cathenas ab Auentino monte detraxit · creatisq; decem tribunis decem uiros abdicare se magistratu preceperunt · Apius in carcere sibi mortẽ adciuit ·

¶CORNELIVS COSSVS ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶ Cornelius Cossus (cum uidisset accessu Tolumnii regis uientium turmas Romanorũ trepidantes) fudit: & ingentẽ predã ad urbem tulit. Post



exercitu in angustiis thauri montis insidiis hostiũ clauso: in superiorem locũ euasit: hostes terruit: ciues obsidione liberauit.

¶ FVRIVS CAMILLVS.



¶ Furius Camill9 ueios obsidione domuit deq; his triũphauit. Cum Valiscos obsideret: & ludi litterarũ magister principũ filios ad eũ adduxisset uinctũ illũ isdem prius in urbẽ redigendũ & uerberandũ tradidit (Sciebat enĩ uir sapiẽs uerã esse uictoriã que salua fide & integra dignitate pagraret) Statim Valisci se ei ob tantã iusticiã dederũt Post die dicta a tribus populi inique dãnatus ardeam concessit. Mox cũ galli senones exercitũ Romanoꝝ apud alliam fluuiũ cecidissent: urbẽ intrarunt partẽq; incẽderũt ubi senioribus interfectis: nobilẽ iuuentutẽ in capitoliũ obsiderũt: qui tandẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

accepto auri mille pondo recessere. Camillus absens dictator dictus collectis reliquiis: eos secutus ita cecidit & aurũ & oĩa que ceperant militaria signa reportaret. deinde populo Ro. migrare ueios uolentes detinuit. Sic & opidum ciuibus: & ciues opido reddidit.

¶ VALERIVS CORVINVS.



¶ Valerius coruinus cũ reliquias Senonũ Camillus persequeretur aduersus ingentẽ gallum ꝓuocantẽ solus (omnibꝰ territis) ꝓcessit. curuus ab ortu solis galee eius insedit: & inter pugnandũ: ora oculosq̃ galli reuerberauit. Hoste uicto: nõ solũ uictoriã ei sed & nomẽ dedit. Hic cũ ingẽs multitudo ere alieno oppressa Capuã occupare tẽptasset: & ducẽ sibi etiã necessitate cõpulsum fecisset. sublato ere alieno seditionẽ cõpressit. His temporibꝰ in medio urbis Ro. terra dissiluit neq̃ uasta uorago conicto terre impleri potuit: q̃ deoꝝ monitu uiui hoĩs expeteret sepulturam si remp. Ro. ꝑpetuam uellent. tum Marcus Curtius eques Romanus nil cunctatus: equo exornato: insedentem armatum se in specum ĩmisit. Lacusq̃ Curtius ab hoc appellatus.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

ℭDECIVS CONSVL.



ℭDetius cõsul bello latino cũ collega Manlio torquato (positis apud ueserim fluuiũ castris) cum utriq; somno obuenisset eos uictores futuros quorꝝ dux in prelio cecidisset. is capite uelato primum ante aciem diis manibus se deuouit: & in cõfectissima se hostiũ tela iaculatus nouũ ad uictoriam iter sanguinis sui semita aperuit.

ℭMANLIVS TORQVATVS.




Manlius Torquatus ĩ bello gallico arcem capitolini mõtis insedit: obtestata ipsum quasi presentẽ iouẽ: ut quẽadmodũ ipsi ad defendendũ templum eius cõcurrissent: ita ut ille uirtutẽ eorꝝ numĩe suo tueret. Insup & gallũ eũ ad singulare certamẽ ꝓuocãtem occidit. Torquẽ ei detractũ ceruici sue induit Bello latino filiũ suũ q̃uis uictorẽ: ꝗ contra ĩperiũ pugnasset securi ꝑcussit. latinos apud Veserim decii college deuotiõe supauit. Cõsulatũ iterũ recusauit. Q̃d diceret neq; se populi uitia neq; illũ: seueritatem suã posse sufferre.

¶PAPIRIVS.



¶Papirius uir bellicosissimus uelocitate cursor: aduersus Samnites progressus cum Romã regrederet̃ edixit Fabio maxio: quẽ exercitui preponebat ne manum cũ hoste consereret. Sed ille oportunitate ductus pugnauit. Reuersus cũ securi ueriri uoluit. Ille in urbem confugit nec supplicem tribuni tuebant̃. Deinde pater lachrymis: populus precibus ueniam impetrauit. Postea samnite Romanos apud Caudinas furculas angustia locorum cõclusos uicere. Iterum Papirius aduersus eos directus de eis triumphauit.

¶FABIVS MAXIMVS.



¶Fabius ob uirtutẽ maximus. De Apulis Mucernis: Gallis Vmbris: Marsis: Tursis & Liguribus triumphauit. Postea nouam de Hanibale uictoriam comentus est: nõ impetu pugnare: ut qui frãgi uirtute nõ poterat: mora cõminueret̃. De redemptiõe captiuorum cum hostibus pepegit. quod pactum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

cum a senatu improbaret· fundum suum ducentis milibus uendidit & fidei satis fecit·

¶MARCVS CVRIVS·



¶ Marcus Curius dentatus·primo de samnitibus: iterũ de sabinis triumphauit· Pirrhũ epirrhotarum regem opem tarentinis ferentem ex Italia pepulit· Legatis samnitum aurum offerentibus: cum ipse ĩ foco rapas torreret· malo hec ĩquit fictilibus meis esse & aurum habentibus imperare q̃ possidere·

¶APPIVS CLADIVS CECVS·



¶ Appius Claudius cecus Sabinos: Samnites: hetruscos bello domuit· Viam usq; Brũdusiũ lapidibus strauit· unde illa uia appia est· Cum de pace Pirrhi ageretur & gratia potentiũ per legatũ Cyneam quereret precio· Senex & cecus lectica in senatum latus: turpissimas cõditiões magnifica oratione discussit· Tum Ro· iusserũt captiuos redditos infames haberi: q armati capi potuissent·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

ℂFABRITIUS.



ℂ Fabritius de redimẽdis captiuis ad pirrhum Epirotam cum aliis missus. ei captiuos rex gratis dedit. admiratus cũ eũ pauperem cognouisset: ut quarta parte regni promissa sollicitare nõ ualeret ut ad se transiret. interiecto anno contra Pirrhum Fabritius missus. medicus Pirrhi nocte ad eum uenit promittẽs ueneno se Pirrhum occisurum si sibi aliquid polliceretur: quem Fabritius uinctum remitti iussit ad dominũ: idq; sibi dici. Tum rex ille est inquit Fabritius qui difficilius ab honestate q̃ sol a cursu suo auerti potest. Rex in Siciliam profectus. Fabritius uictis Lucanis & Samnitibus triũphauit. ℂ Regnatum est a Iunio Bruto in Appiũ cc. xxxii. annis Et licet iam clarum urbis Rome nomen esset. arma tamen extra Italiam mota nõ fuerunt.

ℂ Sequit᷑ de tertia etate populi Romani.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

ℭDE TERTIA ETATE POPVLI ROMANI SVBCONSVLIBVS.

ℭAppius Claudius cõsul ad mamertinos (qui cãpani erãt messana urbe Sicilie cõsedentes) liberãdos missus: quorꝝ arcẽ carthaginenses & Hiero·rex Siracusanꝰ obsidebãt· Primo ad explorãdos hostes fretũ piscatoria naue traiecit·Regressus Ralagioné in Siciliã traduxit·Carthagineñ messana expulit hieroné apud Siracusas (ãte se uictũ q̃ cõgressũ sẽtiẽtẽ) in deditioné accepit·



ℭCNEVS DVILLIVS:

ℭCneus Duillius cũ uideret Carthagineñ multũ mari posse·classem magis ualidam q̃ decoram fabre fecit & manus ferreas cũ irrisu hostiũ primus istituit·Sic inter pugnandũ hostiũ naues apprehẽdit hostes uicit· Neqꝫ ulla uictoria Romanis gratior: q̃ inuicti terra:iã etiã mari plurimũ possent·



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

ℂ MARCVS ATTILIVS.



ℂ Marcus attilius regulus: fusis saleutinis triũphauit: in affricã classe traiecit. quassata de hamilcare hanibalis patre duce penorũ naues lõgas. lxiii. cepit. opida ducenta. & hominũ ducenta milia. serpentẽ quoq; maximũ occidit. absente eo cõiugi eius & liberis ob pauptatem sumptus publice dati. Post arte Xantippi ducis lacedemonii quia Carthaginẽ cõductus fuerat captus: in carcerẽ missus. legatus de pmutãdis captiuis Romã missus (dato iureiurãdo ut si nõ ipetrasset ita demũ rediret) in senatu conditionẽ dissuasit. Reiectis a se cõiuge & liberis Cartaginẽ regressus crudeli supplicio affectus est.

ℂ LVCTATIVS CATVLVS.



ℂ Luctati9 Catul9 ducentis nauibus aduersum penos pfectus. hamilcaris classe fugata: remiges & nautas assidue exercebat qua arte effecit ut etiã cupide preliũ exposcerent. Post centũ. xx. naues cõmea

tibus & aliis oneribus ĩpeditas duce Hannone de-
pressit. Conditionibus datis. primo bello punico
finis impositus.

ℭCLAVDIVS MARCELLVS.



ℭClaudius marcellꝰ in mediũ hostiũ gallorũ primus irrupit. Regem eoꝝ occidit. spolia uendicauit. cũ apud Cannã Apulię uicũ pugnatum esset xl. miliũ cede Romana parta nobilitas duo modii Nota. anuloꝝ Carthaginẽ missi: in campania ubi hanibal se transtulit eius exercitũ prelio fudit: & ab obsidione urbis Nole excussit. Primus post tãtas rei publice ruinas spem fecit Hanibalẽ posse supari. Post Sicilia mandata Marcello tota insula in una urbe supata est. grande illud & ante id tempus inuictum caput Siracuse.

ℭFVLVIVS CENTIMOLA.



ℭFuluius centimola illiricos (cõmunes omniũ grecoꝝ hostes terra mariq; oĩa uastantes. legatos etiam Romanoꝝ Teuta eoꝝ regina iubẽte securi per

cutiẽtes) suis copiis ꝑdomuit· principũ colla lega
torũ manibus securi litauit· Teuta grauiter mul-
ctata: ac fere toto regno spoliata·

CLAVDIVS NERO·



Claudius nero qui in A pulia cum Hanibale castra cõiũxerat: relicta in castris parte cũ delectis ad hastrubalem Hanibalis fratrem (qui ingentis copiis in italiã traiecerat) ꝓperauit: & se Liuio college cõiunxit: amboq; Hastrubalẽ uicerũt· Nero regressus pari celeritate qua uenerat: caput Hastrubalis ante uallum Hanibalis ꝓiecit· Cũq; ꝓiectũ fratris caput ad sua castra uidisset: agnosco inquit infelicitatẽ Carthaginis· Hęc fuit illius uiri nõ sine presagio quodã fati iminẽtis prima cõfessio· Iã certũ erat hanibalẽ etiã ipsi⁹ cõfessiõe posse uinci·

LIVIVS SALINATOR·



Liuius Salinator de Illiriis triũphauit· iterũ cũ Claudio Nerone inimico suo cõsul ne res publica discordia male admĩstraretᷓ amicitiã cum eo iuuxit: & de Hastrubale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

triumphauit· Iterũ Liuio consule populus Romanus Ioniũ mare ingressus tota grecię littora ueluti triumphante classe pagrauit· Spolia quippe Sicilię: hispanię: Sardinię: Affricę preferebat· Et manifestam uictoriam uata i pretoria puppe laurus pollicebatur·

¶ AFFRICANVS MAIOR·



¶ Affrican9 maior· p· c· Scipio ab africa uicta dictus Clade cãnensi nobilissimos iuuenes italiam deferre ob metum hanibalis deliberantes districto gladio cõpescuit ·primus iurans ut patrie defensor existeret· uniuersos similiter iurare coegit· xxiiii· annoꝝ pretor i hispaniã missus Carthaginem hispanie caput qua die obsedit cepit hispanorũ obsides parentibus reddidit uirginem pulcerrimã· ad cuius conspectũ concurrebaᷣ ad se uetuit adduci· patriqꝫ eius sponsor astitit· hastrubalẽ magonẽqꝫ fratres hanibalis hispania expulit· Masinessam Numidie regem in societatem recepit· Post consul in affrica hastrubalis & Siphacis Maurorũ regis castra una nocte prupit· Reuocatũ ex Italia hanibalem supauit· Victis Carthaginensibus leges imposuit· secundum bellum punicum finiuit· Deinde a

tribu·pl·repetundarum accusatus in uoluntariũ exilium concessit·Moriens ab uxore petiit ne corpus suum Rome referret·

ℭQVINTIVS FLAMINIVS·



ℭQuintius Flamini9 cõtemptis auspitiis q bus pugnare prohibebatur aduersus gallos conflixit & uicit Philippum regem Macedonię prelio fudit·castris exuit in fidem recepit:sed filium eius Demetriũ obsidem tenuit Lacedemoniorꝝ etiam duce Nabide uicto·filium ei9 obsidem accepit·uenditos ac transfugas Romanos colligens Romam duxit·

ℭQVINTIVS FVLVIVS·



ℭQuintius Fului9 nobilior Etholos Orethanosqꝫ superauit·Canathaos qui bello Macedonico ĩterfuerũt post anthiochum defecerãt preliis freqũetibus uictos & in ambrachiam caput gentis opidũ coactos in deditionem accepit·tum signis tabulisqꝫ priuauit·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶SCIPIO ASIATICVS.



¶Scipio Asiatic⁹ frater affricani. Anthiochum regē Syrie. qui (credibile dictu) maximis auxiliis: copiis: confederat trecēta milia peditū. equitū falcatorūq; curruū non minor numerus: elephātis ad hoc īmense magnitudinis: auro purpura argēto & suo ebore fulgentib⁹ aciem utriusq; uallauerat. ingenti prelio uicit. cui pax concessa ut ex europa & Asia recederet: atq; intra thaurū se contineret. Hic ab Asia uicta Asiaticus dictus.

¶CNEVS MANLIVS.



¶Cneus manlius Vulso missus ad ordinandam Scipionis Asiatici ꝓuinciā. bellū Pisidis & Gallogrecis qui anthiocho affuerāt intulit. His uictis inter captiuos uxor regis Argioguntis Centurioni cuidam in custodiā data. a quo ui stuprata de iiuria tacuit. Et post īpetrata redēptione memorabili exemplo dum pecuniā inclinata ceruice numeraret adulter. reuulsum caput ad maritū suū retulit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

PAVLVS EMILIVS.



Paulus emilius primo consulatu quē post tres repulsas adeptus erat de Liguribꝰ triūphauit. iterū cōsul Parsen Philippi filium regem Macedonū rebellantem cepit. quem uictū fleuit & sibi assidere iussit. tum in triumphū duxit. In hac leticia duos filios amisit. Et ꝓgressus ad populum gratias fortune egit: ꝙ si quod aduersi reipublice īminebat: sua esset calamitate decisum.

TIBERIVS SEMPRONIVS.



Tiberius Sempronius graccus Tri. pl. Scipionē Asiaticū quāuis inimicum duci in carcerē nō est passus. Pretor galliā domuit Consul Hispaniā altero consulatu. Sardiniam: tantūq̧ captiuorum adduxit: ut longa uenditione res in prouerbiū ueniret. Sardi uenales. Et cū in eius domo duo angues apprehēsi essent. respōso dato de dominis pariturū cuius sexꝰ anguis fuisset occisus. amore Cornelie cōiugis marem iussit interfici.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶ MARCVS CATO.



¶ Marcus Cato pretor Sardiniā subegit Cōsul Celtiberos domuit. Et ne rebellare possent. arma omnibus ademit. singularum ciuitatū muros litteris missis uno die dirui fecit. Hic omīa ardua per se gessit. nec quicq̄ ī exercitu suo precipui preter honorem & imperiū habebat. Matronis ornamenta erepta opia lege repetentibus restituit. Accusator assiduus malorum. ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus. Carthaginem delendam censuit.

¶ SCIPIO NASICA.



¶ Scipio Nasica statuas quas sibi quisq; p ambitionem in foro ponebat sustulit. Delmium urbem Dalmatarū expugnauit. Imperatoris nomen a militibus & a senatu triumphū recusauit. Carthaginem seruandam suasit: ne metu ablato emule urbis luxuriari felicitas u rbis inciperet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶SCIPIO AFFRICANVS MINOR.



¶Scipio Affricanꝰ minor ab Affricano adoptatꝰ. In hispania apud Intercatiã opidũ prouocatorẽ singlari prelio uicit. Muros hostiles ciuitatis primꝰ ascẽdit. Consul Carthaginẽ accendit ac funditus deleuit. Omnẽ citra ultraqꝫ Hiberũ subiecit imperio. primus Romanoꝝ ducũ uictor ad Gades & oceani oram peruenit. plus etiam prouinciã retinere q̃ facere suadens. quo tertiũ bellum punicum finit. Numantiam in Hispania fame uicit. hinc & Numantinus dictus.

¶METELLVS.



¶Metellꝰ ille qui ex Macedonia cognomẽ meruerat: & Celtibericus fieri: cum & Cõtrebiam memorabili cepisset exẽplo. & uerso brigis maiori gloria pepercit. pseudo Philippũ (qui & Andriscus) uicit. Achaios bis prelio fudit: triumphandos mumio tradidit. Cum omnia proprio & subito cõsilio ageret. amico cuidam quid acturus esset roganti:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Tunicam inquit meam exsciderem: si eam consiliũ meum scire existimarem.

❡LVTIVS MVMIVS.



❡Lutius Mumi⁹ deleta Achagia: Achagicus. legatis Romanorum apud Corinthum uiolatis in Metelli castra ꝑperauit & Corithos apud Lẽcopetiam uicit. Captaqꝫ Corintho ac incensa cum esset Achagie caput: grecieqꝫ decus. Achagiã cẽm obtinuit: tabulis & signis spoliauit: quibus cũ totã Italiam replesset in domũ suam nil contulit.

❡CAIVS MARIVS.



❡Caius Mari⁹ ĩ Numidia Iugurthã regẽ superauit: & Bocchũ Mauritanię regẽ grauiter cecidit In gallia Cimbros. In italia teutones uicit. Apuleiũ Saturninũ tripliciter & Glautiam pretorẽ seditiosos interemit. Cũ Sulpitia rogatione prouinciã Sille eriperet. armis ab eo uictus & in carcerem cõiectus ĩmissum ꝑcussorem Gallũ uultus auctoritate deterruit acceptaqꝫ nauicula in africam traiecit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶LVTIVS SILLA.



¶Lutius Silla Iugurthã fraude Bocchi soceri sui in deditionem accepit. bello sociali samnitas hircanosq; superauit. Asiam sortit9 Mithridatem bis prelio fudit. Medos & Dardones in itinere supgressus Mox regressus Carbonẽ italia expulit. Mariũ uicit Marii filio Preneste interfecto felicẽ se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas primus posuit.

¶LVTIVS LVCVLLVS.



¶Lutius Lucull9 Mithridatẽ apud Calcedonẽ Cottam collegã suũ obsidẽtẽ fossa ualloq; cinxit atq; depressit. Deinde Ciziciũ eadem hora qua obsidebatᵣ obsidiõe soluit. Mox Mariũ terra mariq; uicit Marius occisus ponte nauibus facto omniũ ante se primus Euphraten transit Sinopẽ expugnaturus (cũ eã qui presidii causa preerãt expoliatã incensamq; relinquerẽt) miserorũ hostiũ intestina clade pmotus celeri cursu restrinxit incendiũ. Mithridatis topias ferro & fame afflixit: eumq; regno suo id

est Pontho expulit. Quem rursus cũ Tigrane rege Armenię subueniẽte magna felicitase supauit.

¶ POMPEIVS MAXIMVS.



Pompeius Maximus sertoriũ (partiũ mari-anarũ q ad bellum cõmouit grauẽ ad deditionẽ) Mithridatẽ ad uenenũ cõpulit. deĩde ĩ septẽtrione Albanos Clochos. Enochios. Caspics. Hiberos. Nũc ĩ oriente Parthos. Arabes. iudeos cũ magno sui terrore penetrauit. Primus ĩ hircanũ rubrũ & arabicũ mare puenit. Imperiũ maris po. Ro. restituit. Partito orbis impio cũ Crassus syriã. Cesar galliã. Pompei9 urbẽ occuparet. Post cedẽ Crassi Cesarẽ dimittere exercitũ iussit. Cuius infesto aduẽtu: urbe pulsus in Pharsalia uictus ad Ptolomeũ Alexandrię regẽ fugit ibiq; mucrone cõfossus periit.

¶ VENTIDIVS.



¶ Ventidius (cũ Parthi ĩ Crassum parthico inhiantẽ auro: undecĩa strage legionũ & ipsius capite auro infuso mulctassent: & Labieno duce qui

pompeianarũ partium fuerat & uictus ad Persos refugerat in siriã irrupissent incredibili felicitate & labieni copias ipsumq; pacorũ: & omnẽ parthicum equitatum (simulato inter colles metu donec adimeret usum sagittarum) late cecidit. Mox circũlato regis per urbes que destituerant capite Siria sine bello recepta. Sic crassianam cladem pacori cede pensauit.

MARCVS CICERO.



Marco Cicerone cõsule Catilina ad delẽdam patriam coniurauit. Tanti sceleris iudiciũ per fuluiã emersit uilissimũ scortũ se parricidis innoscens. Tum habito senatu in reum perorauit: hostem fugauit. Isset ultra alpes conspirationis furor: nisi altera proditione Volturnii pretoris littere tenerentur. Statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus. palam pretor in senatu conuincit̃ & in carcere parricide strangulatur. Fundamentum nanq; primum esse iusticie dixit ne cui noceatur: deinde ut cõmuni utilitati seruiatur. Regnatum est ab Appio usq; ad singulare imperium Caii Iulii annis. cc. xxx.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

DE QVARTA ETATE POPVLI RO- MANI SVB IMPERATORIBVS.



Caius Iulius cesar europā sortitus: Galliam: Germaniā: Britaniamq; subegit. Aduersum Belgas pugnans cum multa Ro. militū insignia. tum illud egregiū ipsius ducis quod nutante ī fuga exercitu rapto fugientis e manu scuto in primā uolitans aciem: manu preliū restituit. Triūphos ex Gallia Egypto: Pontho: Africa & Hispania duxit. Tante autem bonitatis fuit ut quos armis subegerat. clementia magis uicerit. Pompei capite sibi presatato: nō continēs lachrymas illud preciosissimis odoribus cremandum curauit. Bellis ciuilibus ubiq; compositis Romam rediit. Primus singulare imperiū obtinuit. Ad hoc nullus celerius scripsit: nemo uelocius legit. quaternas etiam epistolas simul dictauit. Sed gloriam principis uicit inuidia. sicq; Bruti & Cassii cōiuratione. xxiii. uulneribus confossus occubuit cum regnasset annos quinq;.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

❡OCTAVIANVS.



❡Octauianus ab aucta repub. augustus. plurima bella gessit. Externa bella duo omnino per se gessit. Dalmaticũ adolescens adhuc & Anthonio deuicto Cantabricũ. dalmatico etiã uulnera excepit. una acie dextrum genu lapide ictus: altera autem & crus & utrũq; brachium ruina pontis cõ sautiatus. Reliqua p legatos administrauit ut tũ quibusdam Pannonicis atq; germanicis aut interueniret aut nõ longe abesset. Rauennã uel Mediolanũ uel Aquilegiam usq; ab urbe ꝓgrediens. Nã arma nisi maiore emolumẽti spe: nequaq̃ mouẽda dixit. Ne compendio tenui iactura graui parta uictoria similis sit hamo aureo piscantibꝰ: cuiꝰ arrepti amissiq; detrimẽtũ. nullo capture lucro pensari põt. Tẽpla q̃uis sciret etiã ꝓ consulibꝰ decerni solere. In nulla tñ ꝓuícia nisi cõmuni suo Romeq; nõie recepit. Nã in urbe qdem ptinacissime abstinuit hoc honore. atq; etiã argẽteas statuas olim sibi positas cõflauit oẽs. ex qbus aureas certinas apollini palatino dedicauit. dictaturã magna ui offerente pplo. genu nixus. deiecta ab humeris toga. nudo pectore depcatꝰ est. Vrbẽ Romã ita exornauit: ut

gloriatus sit se lateritiam inuenisse: marmoreã relinquere. Clemẽtie ciuilitatis atq; studiositatis exemplar ipse fuit. Huius imperii anno xlii uniuerso orbe pacato. Pacis actor Iesus christus nascitur i Bethleem Iudẹ ex Maria uirgine. Quo die Rome in celesti circulo christi imagine cũ matre uisa arã ei prim9 extruxit. Dominũ se uocari uetuit. Trans tyberim fons olei de terra erupit: fluxitq; tota die christi gratiam gentibus ostendens. Templum pacis eternum corruit.

¶ TIBERIUS.



¶ Tiberius dalmatas Salmatasq; subegit. Adulationes adeo aduersatus est: ut neminem senatorũ aut officii aut negocii causa ad lecticã suam admiserit. Consularem uero satisfacientẽ sibi ac p genua orare conantem ita suffugerit ut caderet supinus. Atq; etiã si quid in sermone uel in continua oratione blãdius de se diceret. nõ dubitaret interpellare ac reprehẽdere & cõmutare cõtinno. Dominus appellatus a quodã denũciauit: ne se amplius contumeliẹ causa nominaret unde se dominũ cũ cõtumelia uocari dixit. Sed aduersus cõuitia malosq; rumores & famosa de se ac suis carmina firmus ac pa

tiens: ſubinde iactabat in ciuitate libera· linguam mentemq; liberas eſſe debere· Preſidibus quibuſ-dam prouintiarũ: augenda eſſe uictigalia ſuadentibus reſpõdit· boni paſtoris eſſe tondere pecus nõ deglutire· Aliis ut officiales mutaret inſtantibus· Vidi inquit quendam muſcas egri uulneribus inſidentes fugare: quem eger culpauit: quoniam uenture ſitibunde ſunt· iſte tantũ (cum plene ſint) locum occupabant· Huius imperii anno· xviii· ieſus chriſtus annorũ· xxxiii· & trium menſium Iheroſolymis pro ſalute hominũ crucifixus moritur· Cuius ſancti uultus ſeu faciei ſimilitudo a ſancta Veronica per mare Romã adducta eſt: qua uiſa Tiberius mox a morbo fertur liberatus·

¶CLAVDIVS·



¶Claudius Brittaniã poſt Ceſarem ſecũdus attingens in deditionem accepit· orchades inſulas Romano adiecit imperio· Tam ciuilis ut etiam Plautium qui expeditione Brittanica multa egregie fecerat triumphantẽ ipſe perſequeretur: & conſcendenti Capitolium leuius incederet· Huius imperii anno ſecundo Petrus apoſtolorũ princeps cum primo fundaſſet eccleſiam Antiochenã Romã uenit tenuitq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

(pastor ouiũ christi) cathedrã episcopalem annos xxv. sub Nerone crucifixus eodem die quo & Paulus capite plexus. Anno a natiuitate Christi. lxx. Tẽpore Neronis caballos lapideos. praxitelis un⁹ alter fidie opera (maxime sane opificibus digna) Romam aduexit ex Asia Tridiates armenioꝝ rex quẽ ut Nero laute exciperet. theatrũ Pompei uni⁹ diei opera totum inaurauit.

ℭ VESPASIANVS.



ℭ Vespasian⁹ uir utiq; clemẽtissim⁹: liberalissimusq; ac munificentissimus: qui principatu suscepto rempu. ferme collapsã optime restituit: & censum senatorũ expleuit: consulares inopes sustẽtauit: ac multas ꝑ orbem ciuitates terremotu uel incendio afflictas in melius restituit. Deinde bello iudaico biennio pertracto Tito filio cõmendauit. quod quidẽ biẽnio post cõstãtissime absoluit. quo iudei penas dederũt. & frequẽtis cõtra po. Ro. defectiõis & sceleris quo xp̄m innocentẽ pemere. Hic tante lenitatis & clemẽtie fuit ut comitia a causidicis & phis ĩ se dicta leniter ferret. reos etiam maiestatis uerbis tantũ castigatos dimitteret. offensaꝝ & iniuriaꝝ ĩmemor. diligẽs tñ coarcitor disciplinę militaris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶TITVS.



¶Titus uir omnium uirtutũ genere ãmirabilis: adeo ut amor & delitie humani generis diceret᷑. facundissimus: bellicosissim⁹ moderatissim⁹: ita comis & liberalis ut nulli quicq̃ negaret. Hoc cum reprehenderẽt amici: respõdit: neminẽ a uultu prĩcipis tristem discedere oportere. addidit & illud recordatus ꝙ nihil cuiq̃ muneris dedisset. Amici hunc diem ꝑdidi. phõꝝ familiaritate delectatus. Periit tandẽ hic talis & tantus princeps uentris ꝓfluuio in eadẽ uilla qua & pater etatis sue anno. xlii. eoq; loco cũ ingenti hominũ luctu sepultus.

¶NERVA.



¶Nerua senio cõfect⁹ imperator electus imperauit anno. i. mensi. iiii. Hic suscepto imperio cũ oĩa ipsius ĩperii sceptra ex predecessoris tyrannidẽ in tumultu offendisset. se equissimũ atq; utilem omnibus prestare conatus est. unde eius oꝑa omnia Domitiani acta ex senatus decreto abrogata sunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

TRAIANVS.



Traianus cepit regnare ãno domini.c. urbes trans Rhenũ in Germania recupauit. Datiam subegit. imunitates ciuitatibus inopibus largiẽs. tributa prouinciis relaxauit. Cum aliquãdo pfectur9 ad bellũ iam equũ ascendisset uidua quedã apprehenso pede illius lugens iusticiã sibi fieri de occisoribus filii sui inocentissimi poscebat. Cui9 uerbis motus de equo descẽdit. causam examinauit: & cõdigna satisfactiõe eã cõsolat9 est. Veritus ne qd detrimẽti Ro. iperiũ ex augmẽto christiane religionis caperet: psecutionẽ in christianos cõcessit p Pliniũ secundũ mitigatus.

ADRIANVS.



Adrianus primo q dẽ christianis aduersat9 postea cognita eorũ religiõe in eos admodũ beneficus fuit. Plutarchi sexti aliorũ q3 phõr doctria ac familiaritate delectat9. fecit Rome sui nois pontẽ & sepulcrũ: qd hodie castrũ angeli appellat. Magnificus & clemẽs. stultũ gladio in se furentẽ medicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

curandũ tradidit: & egros bis terue in die inuisit. iudeorũ pertinaciã ultima cede ꝑdomuit: & ibero solymam instaurans christianis incolendã dedit.

ANTONIVS PIVS.



Antonius Pius nulli unq̃ acerbus: cũctis benignus. Tributum interdũ ita remisit ut cautionibus: incensis: omniũ debita relaxaret. In re militari moderata gloria. defendere magis ꝓuincias q̃ ampliare studuit. Mallens unũ ciuem seruare q̃ mille hostes occidere. Tãte iusticie fuit ut multi reges multeq; nationes depositis armis ad eum cõtrouersias suas deferrent: sententieq; eius mox parerent.

ANTOMIVS VERVS.



Anthonius Verus eiusdẽ animi: eiusdẽq; uultus. in quauis fortuna semp est habitus Platonis sententia sepius p eum repetita. Tum demũ florere ciuitates. s. aut philosophi imperarẽt: aut imperantes philosopharent. Appolloniũ & Sextum philosophos legẽtes imperator audiuit. Iturus ad bellũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

(cum nō haberet unde stipendia militibus prebe-
ret exhausto erario) omnē imperatoriā suppelle-
ctilem: omnēq; ornatum uxoris publice uendidit
parta uictoria in omnes de repub. meritos libera-
lis fuit. tributa quibusdam prouintiis remisit.

SEVERVS.



Seuerus (philoso-
phie admodū studio-
sus) fortissime qdē rē
pub. sed laboriose gu-
bernauit. Parthos: ara
bas & azabenos supa-
uit. Multa toto urbe
Romano reparauit. Huius cū animo fortuna mu-
tata est. Nam ubi psecutionem in christianos mo-
uet: cōtinuo uariis periculis distrahit.

ALEXANDER.



Alexander (Vlpia
no iuriscōsulto usq; as
sessore) iusticiā ita co
luit: ut nemo unq̄ de
illata ab eo iiuria q̄-
stus sit. Turinū qui
munera accipiebat q
magne esse auctoritatis apud impatorē uideret:
fumo necari iussit. precone clamante: fumo punit
qui fumū uendidit. pecunias cōtempsit. gēmas re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

iecit ut res muliebres: dicens in Virgilio plures & meliores gẽmas esse. Xersen p̃sarũ regẽ gloriosissime uicit.

¶GORDIANVS.



¶Gordianus ad sexagintaduo milia librorũ in bibliotheca habuisse dicit᷑: Parthos iã erũpescentes ingẽti clade supauit. Philippus ei successit: quem primũ impantẽ christiani habuere: q mysteria adire nũq̃ est ausus nisi cõfessus. Post tertiũ uero ĩperii sui annũ millesimus ab urbe cõdita annus ĩpletus est: & magnificis ludis celebratus. Anno a natiuitate domini. cc. xlvii.

¶AVRELIANVS.



¶Aurelianus Gotthos apud Danubiũ supauit: in Asiam deinde traiciẽs Zenobiã que (occiso marito) orientis tenebat imperiũ uicit Tetrico supato Gallias recepit. muris ualidioribus & latiorib⁹ urbẽ sepsit. Hic primus apud Romanos dyadema capiti ĩnexuit. gẽmisq; & aurata oĩ ueste usus est. Postea mota in christianos p̃secutione fulmine tactus deinde occiditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

¶PROBVS.



¶Prob⁹ gallias a barbaris occupatas ingẽti felicitate restituit saturninũ imperium usurpare conantẽ· in oriente Proculũ & Bonosum apud Agrippinam oppressit· Cũ sibi equus uelocissimus presentaretur recusans dixit· fugitiuo militi nõ forti hic equus cõuenit· Multa opera militari manu pfecit dicẽs annonã gratuitã militẽ comedere nõ debere

¶DE QVINTA ETATE POPVPI ROMAMI SVB IMPERATORIBVS.



¶Flauius Constantinus magn⁹ Anno domini·cc·x·regnare cepit·in bellis uictoriosus in gubernãdo rẽpub·prudens: liberalitate & grã omniũ beniuolentiã sibi cõparauit· Itur⁹ ad bellum nõ alio q̃ crucis signo usus est·qđ sereno celo dũ in Maxentiũ tyrannũ copias moueret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

& uiderat & adorauerat. A Siluestro papa baptisat: & fidem edocet augende christiane religionis gratia tyrãnos ubiq; depulit. ydolorũ templa clausit. basilicas sanctorũ Iohannis Lateraneñ. petri & pauli Laurentii extra muros. Marcellini & petri. Sancte Crucis ac Agnetis Rome extruxit: donisq; plurimis exornauit. Vrbem in Bizantii ruinis de suo noie condidit. ubi sedem imperii transtulit.

¶CONSTANS.



¶Constans catholic9 occidentẽ regebat. frãcosq; domuit. Quo tẽpore arriana heresis inualuit fauente Cõstantio fratre suo orientẽ tenente. Dãnatus igit Athanasius alexãdrinus eps dũ sex annis Treueri latuisset: dei monitu ad Cõstãtis ptẽ cõfugit q fratrẽ Cõstantiũ minis certe coegit Athanasiũ recipe.

¶IVLIANVS.



¶Iulianus liberalib9 disciplinis ac diuinis imbut9. i amicos erat liberalis. puincialib9 iustus Verũ hoc euertit dum fidem negans christianos psequitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

In Persas uero proficiscens in reditu suo mala christianis minatur. Cum autem superatis hostibus in composito agmine uictor rediret apud Tesiphontem diuinitus persossus christum blasphemando periit.

IOVIANVS.



Iouianus ab exercitu imperator electus: nō prius profiteri imperatoris nomē uoluit q̃ omnes conclamarēt se christianos esse quibus collaudatis: & imperium sumpsit: & exercitum e manibus barbarorum liberauit. Ni sibi ac mesopotanie parte sapori regi persarū relicta octauo mense tertio odore prunarum moritur.

VALENTINIANVS.



Valentinianus qui sub Iuliāo maluit tribunatum amittere & exilium perpeti q̃ fidem abnegare: retribuente christo imperator electus Valentē fratrem in partem imperii accipiens eidem orientem assignat precopium apud Constantinopolim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

res nouas molientē superauit. Saxones ac Burgū-
diones uirtute ac rei militaris scientia oppressit.

¶VALENS.



¶Valens in Arrianā heresim declinans catholicos persequitur & in exilium pellit. Tū post mortem Valentiniani Gotthi sedibus suis pulsi per omnes se Trachias effundūt. quibus dum Valens ire obuiā cū exercitu parat. reuocatis prius (sed sero) ab exilio episcopis & monachis quos etiam militare coegerat. prelio uictus igni exuritur.

¶GRATIANVS.



¶Gratianus adolescēs religiōe clarus militia strēnuus apud Argentariam opidum gallie uno prelio ad.xxx.milia Alamanorum fines Romanorum uastātes interfecit. in Italiam deinde rediens pulsa arriana heresi: totam prouinciam ad ueram christi fidem redegit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

THEODOSIVS.



Theodosius magnus superatis alanis: hunnis & Gotthis orientale imperium restituit Inito cum Athalarico rege Gotthorū federe Quo quidem mortuo omnes eius milites Theodosium secuti: maximum Gratiani interfectorem apud Aquilegiam occidit aliosq; tyrannos diuersis in locis diuino fretus auxilio: mira celeritate oppressit. Cū Mediolani ingredi ecclesiam uellet mysteria uisurus. ob quoddam facinus prohibitus (ut fieri solet) ab ingressu ecclesie nisi peniteret. ita equo animo id tulit: ut ultro ipsi Ambrosio episcopo gratias egerit atq; penituerit. Legem quoq; tulit ut sententie principū super animaduersione prolate in tertiū diem differrentur: quo misericordie uel penitētie locus daretur

Post Theodosium res pub. Ro. in preceps ire cepit. Nam Archadius & Honorius adolescentes patri in imperio successere. Quorum tempore ingressus in Italiam Radagasius Gotthorum rex īmanissimus ferro & flāma omnia uastabat. Cui successit Alaricus: qui cum in Galliam profectus pollentiā (concedente Honorio) consedisset. Inde Stilconis

ducis factione turbatus: obmiſſa Gallia in Stilco-
nem & Romanos arma mouet. Quibus ſuperatis:
urbem Romam poſt longam & grauem obſidionē
capit. Hac tamen moderatione & clementia uſus:
ut ſuis mandauerit a cede & ſanguine quoad fieri
poterat abſtineri: ut ne cōfugientibus ad baſilicas
Petri & Pauli parceret. Acta ſunt hec anno urbis
condite. M.c.lxiiii. Salutis uero chriſtiane. cccc. &
xii.


¶ Impreſſum Romę per Iohannē Beſicken & Sy-
giſmundum Mayr Anno. M.cccc.xciiii. Die uero
xviii. menſis Februarii.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

ANDREAS PRENESTINVS.

Quãuis aruerit: q̃uis diuisa sit ingens
Quercus & in plures secta sit illa comas
Mente tñ poteris penitus cõprehendere lector
Qualis iam fuerit quę modo nulla uiret
Grandia cũ patulis ramalia frondibus olim
Extendisset ubi tamen decus urbis erat
In qua roma suos uictricia signa triũphos
Suspendebat ouans clara trophęa manu
Aspice glandiferos fœtus ut stẽmatæ pulchra
Quisq; triũphales ramus obumbret auos.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.16